



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Sancti Patris nostri & Confessoris Theodori Studitæ Oratio funebris in S.  
Platone[m] patrem spiritualem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

En vt olim  
antiquitas  
excepit  
fanctorum  
reliquias.

## PROPHETIA DECEMBER.

autem profectus in ciuitatem, significat miraculum. Protinus vero publicè confluent omnes, gestantes lampades & coronas, & diuinos hymnos canentes. Et cum sic eas præclarè & magnificè illic deponerent, vberes fructus miraculorū quotidie colligunt: Ad gloriam patris & filij & spiritus sancti, ynius diuinitatis & potentia, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE S. SPIRIDONE Episcopo quare supra 12. Decembri.

MARTYRIVM SS. ARIS, PROMI ET ELIA,  
VT HABETVR OCTAVO LIBRO ECCLES. HISTO-  
RIA Eusebij Cæsareensis cap. 20. nouæ versionis Iohan-  
nis Christophorsoni.

14. Decembr.

**D**ECIMO QVARTO die mensis Apellæi proximè in-  
frequentis, hoc est, ad decimum nonum Calendas Ianua-  
rii, quidam pij viri ex Aegypto profecti (in Ciliciâ nan-  
que iter suscepit, vt confessores qui bì verabantur,  
sua curatione subleuarent Cæsareæ) ab his qui diligenter  
homines ad portas ciuitatis accedentes perseruantur,  
capti sunt. Ex quibus alij eandem cum illis quibus  
erant inseruiti, sententiam & condemnationem sub-  
ierunt: vt oculi nempe & pedes cruciati illis labefacten-  
trentur. Tres autem illorum Ascaloni, ybi capti erant,  
admirabilem fortitudinis vim in fidei sua confessione  
ostendentes, varijs martyrij generibus defuncti sunt. Nam unus illorum in rogo  
coniectus fuit, cui nomen Arès: reliquis duobus, qui Promus & Elias appellaban-  
tur, capita amputata.

DE SS. ARSENIO, Isidoro, Herone, & Dioscoro puer, quare supra  
13. Decembri in historia sanctorum martyrum Alexandrinorum.

SANCTI PATRIS NOSTRI ET CONFESSO-  
RIS THEODORI STVDITAE ORATIO FVNEBRISS IN  
S. Platonem patrem spirituali. Habetur in 7. Tomo Aloisii Lipo-  
mani Episcopi Veronensis. Nos eam per capitula  
margini adiecta diffinximus.

16. Decembr.  
Cap. 1.  
Rheorū &  
sophistarū  
studium.



RATORM quidem & sophistatum omne studium  
est, non vt ad scribendū se conferentes, quod verum est  
assequantur, sed vt dictione splendorem adhibeant, &  
poetarum versus concidentes, verbis illinc sumptis nar-  
rationem suam ornent, ac sublimem reddant, & cor-  
rum aures, à quibus audiuntur, orationis suauitate ob-  
lectent. Verborum enim concinnitate auditores  
admulcent, & probabilitate decipiunt, parum curantes, vt  
vera dicant: quippe qui opiniones captant, & studio  
placendi hominibus omnino seruiunt. Quos vero amor  
veritatis tener, illi unum hoc curant, vt, quæ sunt, ea di-  
cant, & veritatem ipsam honorent, quanvis oratio concinnitatem & elegantiam  
non sit habitura. Cum enim veritatis pulchritudinem expertant, comptis dictiōni-  
bus, quæ stragulis quibusdam pīctis similes sunt, multam salutem dicunt, id enim  
vera sapientia proprium est.

Ita certè & ego, qui mēte sūm exigua, oratione & spiritu valde tenui patrem meum laudabo, non vt illi hac laudatione gratū faciam: Quia enim gratia illi hac es-  
set, qui nulla re ex his, quæ hīc sunt, delectatur, cùm cælestē conditionem fortissi-  
mā sit, cuius qui compos fuerit, præsentia hæc irridet, cùm nihil in cœstibile sit, neque  
beatum: sed tanquam umbræ prætereant, & vt verni flores corrumpantur: Ad hęc  
delectātur. si, cùm in terris esset, indignum se arbitrabatur, qui vel in monachorum numero  
cen-

conseretur, (quæ res sumiamam cius modestiam atque humilitatem, sancte que illius animæ præstantiam indicabat) quomodo nunc cùm hinc ad ea migrauerit, que in copia sunt, quo loco falsæ gloriae nulla est appetitio, hanc nostram laudationem ille appeteret? Sed hoc mihi faciendū proposui, quod inftissimè, vt qui uis aliquid debeo, tum pro alijs ipsius in me officijs, tum maximè pro oratione ipsa, quæ qualisque sit, illius labore ac diligentia in me exorta est, vt tanquam mercatum quandam orationis parenti hanc referam.

Quanvis autem intelligam paternam laudem ad filij gloriam redundare, (vt est Cap. 3. sapiente illo dictum: Gloria hominis ex honore patris ipsius) non ob id tamen, Ecclesiast. 3. valquis opinari posset, illum laudabo: cùm sciā vnumquenque, si è domo, & cíprio gloriam habeat, gloriōsorem quidem esse, à patre etiam ipso splendorem accipiente: sin minùs, paternos honores nihil prodeſſe illi, qui est inglorius & honoris expers, qualis ego haberi possim: Sed quod fas non sit, eius virtù cum tirute aetam, velut lucernam quandam semper lucentem, silentio, & tanquam Matth. 5. fibrolio aliquo occultari, immò in rationali candelabro effulgenterem, non vni, aliter, sed omnibus (hoc enim audeo dicere) qui sunt in Dei Ecclesia, proponi debeat. Quoniam igitur ostensum est, orationem ipsam conducibilem esse, ac nobis necessariam, quæ non veritatem solùm, sed utilitatem etiam magnam in se contineat, agè illinc, vnde conuenientissimum est, laudationem aggrediamur.

Beati Platonis parentes fuerunt Sergius & Euphemia, quorum nobilitas insigne, & mores non ignobiles extiterunt. ita enim se gesserunt, & diligenti domus Cap. 4. gubernatione rem familiarem præter ceteros irà auxerunt, vt etiam confan- S. Platonis parentes. guicē emulationem sūi concitārint. Quibus ad alias laudes ea quoquè accessit, quod bonorum filiorum parentes esse datum illis fuerit. Post duas enim filii, velut germen quoddam rectissimum & illum genuerunt, quem nunc laudamus: quanvis neque filiæ ipsæ fine laude vixerint: illarum enim res gestæ multæ & præclaræ narrari possunt: è quibus vñā in communī vita, qua vñā est, ita Eius nepos fuit author huius vñā. leguntur, vt excelluerit: altera, ex qua & nos geniti sumus, monastico ordine illu- item p̄st̄it.

Quoniam verò illis temporibus caelestis ira inflicta est, (Res enim me admonet, Cap. 5. n̄ de hac dicam: quippe quæ publicam intulerit calamitatem, non in paucis ali- quibus regionibus ac ciuitatibus versans, sed velut Aegyptiacum quoddam flagel- lum, ex alia ciuitatem transiens) ac vel maximè in regia vrbe Byzantio malum illud fuit, hi viri, quos diximus, semper memorabiles, è vita exceſſerunt. Non alienum autem fortalsè fuerit, vtilitatis causa mortis etiam ipsius genus con- scribere. Narratio enim hac talis est, quæ illorum animos terrere possit, qui pru- dentem eam intellexerint. Repente in singulorum vestibus salutaris Crucis signum Crucis si- arculo colore velut à manu aliqua pulcherrimè pingente, vel Dei potius digito, gnū in re- & superna manu expressum cernebatur. Quicunque verò talis deprehensus fue- tibus ho- minū cerni- tur diuinis inscri- ptum.

Lamentationes vbiq; & voces miserabiles vndique refluentes. Qui mortuorum cadavera efferebant, tam multis oneribus sufficere non poterant, itaque decant, qui tot mortuos sepelirent. Claudebantur domus, vrbis regiones inanest, sepulcra ipsa implebantur, cùm intra duos menses vrbis celeberrima, & multis milibus hominum habitata, iam deserta, & talis ferè sit facta, vt si à nullis habitaretur. Hæc illius impij Constantini temporibus acciderunt, à quo ima- Vide pœna economa. chorum. go Christi contumeliosè spreta, & à nefario illo homine, ac populi corruptore, si- mulacrum erroris nominata: immò verò Christus ipse noster Deus ab eo despe- dissit. Siquidem honor imaginis ad eum referrut, cuius est ipsa imago, vt diuinus Basilius quoddam loco ait. Hæc Dei virga, vt aliquis diceret, pœna fuit iustissima, quæ peccantes homines instruerentur, nosque à summa nostra malitia reuocati emendaremur: ira, inquam illa, quæ ad salutis viam his viris dux est, qui eius correctionem prudenter & a quo animo accipiunt. Sed ad Platonem ipsum no- strandat oratio

Cum effectu orbus parentibus, & cum sororibus in ætate valde pueriliterelictus, Cap. 6. ab

Dicit artē  
noriorū  
Plato.

ab uno quodam consanguineo suo acceptus est, & ad ætatem usque pubescentem educatus. Ac statim quidem, vigente illius iuuentute, tanquam rectum quoddam germen optima rerum intelligendarum perspicientia efflouit: quam difficile prastare poslunt, qui sunt in orbitate educati, cum neminem habeant, qui tantum diligentia illis educandis, quantum parentes, adhibeat. Suo igitur studio & honesta emulacione notitiam eius artis, quæ noriorum dicitur, ita fuit assecutus, ut nondum aliquis eorum, quibus de paterna diligentia prouisum fuit, illam assequi potuit. Cum enim ponderibus praefectus esset apud auunculum, qui regias pecunias custodiebat, & in ea re tam probatus exitisset, ut auunculus nomen tanum munieris illius haberet, ipse vero munus illud re ipsa exerceret, ob idque in conseruandis pecunijs regis validè insignis esset, tam optimatibus, quæ Cæsari, erat vir ille notus atque optabilis.

Cap. 7.

Vitat cōfor-  
tia malorū.

Cum igitur talis esset, atque arbitrij libertate vteretur, non incontinentibus iuuentutis affectibus mentem tradidit, ut aliquis licentiosior, & fractamente homo faceret: sed velut optimus quidam eorum domitor ipse sibi existens, ab insipientium virorum consuetudine se abstinebat: cum illis autem, qui erat, versabatur, cum honorarioibus, non abiectionibus, viris se coniungens, hisque adherens, qui aetate prestatabant, non qui natu minores erant. Quia diligentia & virtutis exercitatione, animi nobilitatem ab externis honoribus ad honestam virtutis viam dirigebat. Non enim coniuarium & sodalium communibus compotationibus scipsum tradens, ut aliquis eorum, qui adolescentes sunt, in epulis versari consuevit: neque in talorum ludo & ebrietatis pecuniam consumebat, ut luxuriosi homines faciunt: sed laboriosis vacationibus ponderanda pecunia dans operam, ex ea re diuinitas sibi cumulauit, easque sic auxit, ut, prater paternam hereditatem satis amplam, sibi alias etiam facultates comparauerit: quæ nunquam accederent, nisi vir ille continentia & frugalitate in omni re usus fuisset. Quare honesti appetens, iuuenies ille temperantia ornamentum aspergebatur, & prudenter in signis erat, in quo morum comitas inerat. Iuueniles appetitus a se legiuntur mouebat, quibus capti qui fuerint, tantum abeat, ut bona, quæ non habent, adipiscantur, ut etiam illa, quæ habent, exinanire soliti sint.

Cap. 8.

Eius cōpe-  
rattia, pru-  
dencia, mo-  
rū comitas.

Sed quidnam deinde consecutum est? Prudentia tam insignis virile, & in his bonis, quæ ad vitæ commoditates pertinent, talis easit, (quæ res ab eis appetitur, qui terrenis rebus delectantur, & ab his studiis quæritur, qui filias viris collo cant) ut alius aliundè vel ex eorum numero, qui nobiles & locupletes erat, ad vitæ communionem illum ad se inuitaret. Sed diuinorum rerum appetitio, quam meliori consilio usus in animo accensam habebat, non permisit, ut in multo vita huius conno infigeretur. Et enim pro ludo diuinis lectiones, quibus attenus erat: pro theatris & spectaculis Ecclesiæ frequentabat, pro inhonestis diuersorijs honesta collecta: quodque laudabilis est, occultas mentis cogitationes & acta cuidam eorum, qui præterant, sapientius cōsitebatur. Quæ res magnum religionis illius erat indicium: idque, cum perfectè facere solitus esset, ei, qui confessionem ipsius audiebat, admirationem ac stuporem afferebat.

Cap. 9.

Constitutus  
sacerdoti pecca-  
ta sua.

Itaque factum est, ut cum ille mentis oculos ad sempiternarum rerum contemplationem erexisset, & carum desiderio allectus, atque alacrior factus, eorum, quæ in terris sunt, cupiditatem extinxisset, fecit vir ille admirabilis, quod diuinus Antonius ante fecerat. Cum enim omnia, & paternam etiam domum vendidisset, pauperibusque pecuniam distribuisset, ac seruos ipsos libertate donasset, & duabus sororibus pauca quedam reliquisset, exiit è loco, in quo erat, eo proposito, quo Abram olim exierat: non ut in villis, quæ proprie erant, diuinam exercitationem obiret, sed longius aufugiens ad Olympi partes, ad eum peruenit locum, ac virum, qui diuinitus monstratus ei fuerat: ad quendam, in quam, Archimandritam ex eorum numero, qui erant in regione illa. Locus, quem dicimus, Symbolus appellatur: vir autem, Theostistus: cuius mores boni, genus perspicuum, & finis sanctus fuit.

Cap. 10.

Gen. 12.

Sed qualiter eius secessum fuisse putamus? Ille quidem & mihi maximè memorabilis est, & auditoribus cōpunctionis occasionem afferre potest. Cum enim è patria migrasset, famulo quo dā sibi gratissimo usus comite, & ad eum locum venisset, qui Regum nomine appellatur, in densam quandam sylvæ partem ingressus, eius manu,

DE S. PLATONE CONFESSORE.

1019

Comā sibi  
rōderi vult  
à famulo.

qui eum sequebatur, comā sibi totondit, & nulla veste, tanquam purpurea quādam, se induit. Quod verò secutum est, quale spectaculum fuisse putamus, cum cōmisse iussus fuisse ab eo discedere, domumque vna cum vestibus, quibus scipsum cūmet, redire, ob id quē in cibis, quia domino priuatus erat, repletur : ipse ve-  
rōbus cum Deo tantum relictus esset, cuius causa & propter quem id ille agebat?

Tale est amor diuinus, qui suī amarorem ab omnibus alijs rebus seiungit, eiusque

<sup>Amor Del</sup>  
<sup>qd officiat.</sup>

zimū suī desiderio inflammatum, ad se vnum contrahit.

Postea verò, quād ad magistrum veniens, ab eo interrogatus est, quisnam esset, & Cap.ii.

mē veniret, & quā de caūsa peregrinationem illam suscepisset, singulis interrogatiōnibus apta quadam & iusta responsa reddebat. Ille autem, cūm patriam, genus, educationem audiūisset: Nondūm, inquit, in hac loci regione, quā non medium vita duritatem in se habet, monachi labore sustinere poteris. Cui respondit Christi pugil: Omnia tibi, pater, trado, mentem, voluntatem & corpus : vt re fa-  
milo tuo, vt vis, in omnibus tibi obtemperante. O admirabilem propositi, & eius  
voluntatis demonstrationem, sed longè admirabiliorē monastice professionis sit.

Vera profes-  
sio mona-  
stica quid  
materiam: quarum vna in eo apparuit, quid in ipso aratis flore, cūm res prosperæ  
illæ & examinō succedebant, ac meliores spes subiiciebantur, diuitijs propositis,  
gora effulgente, corporis habitudine vigente, atque ad hæc omnia accende  
propria voluntatis potestate, omnibus tamen his potiorem habuit Dei amorem:  
altera apparuit in eo, quid optimè de his rebus deliberauit, neque vt multi ex his,  
quoniam in superficie, vel (vt verius dicam) aliter quād profilio requirit, profiteri  
soliti sunt, sed vt vera professionis ratio postulabat, ipse professus est.

Illi enim nescio quomodo obliti, quod Dominus dicit: Qui non renunciauerit Cap.ii.  
omnibus his, quā possidet, non potest meus esse discipulus: itēm alio loco: Vende  
omnia, quā possides, & habebis thesaurum in cœlis: & veni, & sequare me: horum,  
inquam, omnium obliti, erigunt sibi ipsi templū, & monasteria. Deindē professio-  
nā suā suscepérunt, multam salutem dicentes, propriis bonis potiuntur, ac do-  
minantur, seruos & diuersas materias ad se attrahentes, heri & nudius tertius pro-  
fessiōnē expertes, & hodiē tanquam in ea veteres aliorum duces: heri tales, qui  
nec̄ēt prudenter alijs ducentos se præbēre, & hodiē aliorū duces esse imperi-  
tib⁹ proponentes: quibus non virtus, sed eorum, quā habent, professio principia-  
lē dicit: quique cūm multis annos debuissent discere, quomodo primū recte  
imperio parere, deindē sic ad imperandum alijs ascendere deberent: antequām  
illid, quod prius est, experti fuērint, quod posterius est, periculose sibi assumunt, ta-  
la eos, quos sub manu habent, efficientes, quales nimis & ipsi sunt.

Non autem sic ille fecit: sed posteaquam verē terrenis rebus renunciauit, tunc Cap.ii.  
& obedientiam non adulterinam, sed germanam & legitimam præstitit. Illud S. Plato in-  
t̄it̄ antecedit, hoc sequitur, vt fulgor tonitruo, & vt sole oriente lucifer prius ap-  
petier. Nam qui optimē facultatibus, quas possidet, renunciauerit, optimē videlicet  
obedientiam præstabat: at qui non recte in alterutro se geserit, in altero videli-  
cēt̄ clauderet necēsē est. Multa quidē sunt virtutis exercenda studia, extenua-  
tio corporis, quā continentia propriā est: sobrietas in vigilando, macies, quā à la-  
cynnis proficiscitur, in precibus alarem esse, humi cubando se affigere, tenui-  
vite indui, proprijs manibus operari, crebrō genua fleſtere, mortem meditari,  
psalmos constanter canere, stationis tolerantiam ferre: sed nihil tale viro illi, qui  
obedientiam profitetur, quale est confessionis studium, & obedientiæ munus per-  
ficiūt̄ præstare: quibus rebus anima illuminatur, & propriā voluntatis affectus

Obedientiæ  
effectus.

ttinguitur, perfectaque eiūs, qui per spiritum nascitur, in eum, à quo gignitur, ad effectus.  
Opio efficitur. Nam qui non hæc alij rebus prætulerit, is ad obedientiam præstan-  
dum imbecillus existet, & quibus rebus videtur salutem suam procurare, his dece-  
pus, pernicie & exitium patietur. Continentia enim, vigilia & vnaquaque ea-  
rum rerum, quas suprà diximus, ipsa quidem per se laudabilia esse concedet ali-  
quis: sed nihil tamē expedire, immō verò & ruina cauſam illi esse affirmamus, Propria voz  
qui suo arbitrio in his faciendis vtitur, nisi eiūs, qui præst, ductu & regula diriga-  
luntas etiā  
tur. Quoniamobrem qui confessionem cum obedientia coniunctam exercuerit, alijs, bona studia  
corrupit,  
quauprā diximus, secundas partes tribuet, duobus his, quā paulo ante dicta sunt,  
omnia concludens.

Hoc cum beatus ille ita præstisset, vt nescio si quis alius vñquam præstitit, bo- Cap.ii.  
num

num fundamentum sibi iecit, atque in eo firmum adficiunm construxit, omnem cogitationem suam subiiciens, & in omnibus obedientem se præbens, ob idque (vt illud dicam, quod in literis diuinis scriptum est) dilectus erat in conspectu patris sui. Tanta enim fuit in viro illo tolerantia, vt adamanti ferè similis videretur. Idem in ministerijs obeundis erat admodum dexter, & inter multos certaminum & laborum socios valde insignis atque illustris: à quibus nō longè aberat, quod ad coenobij vitam pertineret: seorsum vero cum uno quadam, ijdem moribus prædicto, quiete versabatur: cum Theocristo, inquam, illo semper memorabilis, modo exercitationi domi vacans, modò communiter versans, tum in psalmis cantendis, tum in cibo sumendo, & opere perficiendo, atque (vt ita dicam) promiscuè communiterque, & in omnibus modestissimè se gerens. Non enim, quia genere insignis erat, quod ad corpoream nobilitatem pertinet, propterè vñā cum agrestioribus vita ducere: neque, quoniam famulorum anteā ministerio vtebatur, propterè ignobiliora officia tractare alienū à se putabat, aut agre ferebat. Quamobrem & humeris portabat, prædiumque sternorare atque irrigare iussus, id facere non gravabatur. Idem farinā patienter subigebat: eaque omnia faciens, multum studijs diligentia libris scribendis adhibebat.

**S. Platonis humilitas.**

**Cap. 15.** Vultis dicam & alia illius obedientiæ egregia facinora? Increpabatur quidē patre ipso, præsentibus hospitiis: ille, inquam, qui ea, quæ suprà diximus, optimè faciebat: sed increpationem ipsam velur laudem quandam accipiens, laudatissimus ille vir nihil mouebatur. Ad hæc cùm fratribus audientibus legeret, idque rectè ficeret, increpatus tanquam perperam legisset, vir prudentissimus verecundè ac timidè se gerebat: cumque à seruili genere se ortum esse audiret, urbano quodam more annuens patri assentiebatur, generosus ille tam animo, quam corpore: qui cùm in manuum suarum opere faciendo esset tolerantissimus, & multum lucrificaret, erat tamen ita modestus & humilis, vt si nulla in re virilis fuisset, vir & disciplina acquirenda cupidissimus, & diuina pictatis amator ardentissimus.

**Cap. 16.** Cùm igitur aliquandò ad patris pedes flexis genibus se deiecisset, ab illo ipso corrigebatur, quasi ad idem erratum relapsus fuisset: ille tamen non repugnabat, sed pergebat veniam petere. Itaque defesus erat, qui consultò eum virum increpabat, & conuicia in eum coniiebat: quibus saturabatur, qui per voluntariam illa ignoriam gloriam sibi comparabat sempiternam. Dicam aliud ex his, quæ professionis propria esse non videntur, consentanea tamen ei rei sunt, si rectè fiant. Idem

**Vult ab alijs percursu & quælata.** ille tanto humilitatis desiderio tenebatur, vt precibus ab alijs peteret, vt pugnis & alapis caderetur. Cumque id imperstrasset, & a quodam viro, cui paterid præcepérat, verberaretur, muneris loco accipiens verbera, latabatur. Quæ res erat valde admirabilis, cùm alter inuitus id faceret, quod inde corum videbatur: alter lato animo id paterner propter virtutatem, quam ex ea re percipiebat. Erat etiā id videntibus & audientibus admodum vtile, vnum aliquem inueniri, qui voluntariè illa patiens, Christum imitaretur. Num igitur talis ac tantus vir poterat non diligi & amari? Quæfo, quomodo ratione consentaneum fuisset, eum, qui totum obedientiæ legibus tanquam filium se tradiderat, non patri optabilem esse, & ex animo ab eo diligi? Propterè, vt dictum est, valde amabatur.

**Ab omnibus amatur.**

**Cap. 17.** Itaque propter virtutis splendorem eius fama peruagata vbiqùe celebrabatur, quippe qui patri suo talem se præbebat, vt esset instar omnium rerum, nam vt occlus dexter omnia videns, vt manus rectè operans, vt pes benè incedens, in omnibus denique bonus erat illi consiliarius, & socius admodum egregius, & in colloquendo suauis, eorum, quæ intus erant, custos fideliissimus: quæ autem foris erant, eadiligentissimè obserabant, partim discipuli, partim fratris faciens officiū. Illud quoque addiderim, eum virum etiam patris munere functionem fuisse. Denique tantus in rituali.

**Charissimè est patri ipsi rituali.**

**2. Cor. 2.** Itaque re ille fuit, vt si quādo aliqua de causa necessè fuisset, laudatissimum illum Platонem aliquò proficieti, vir semper memorabilis Theocristus ob eam rem trifitis esset, neque recreationem haberet, vt Apostoli sententia vtar, propter cius hominis absentiam, qui tam optabilis illi erat. Quis enim illo ad res futuras proficiendas, & coniectura colligendas prudentior? Quis ad tristitiam leniendam curandomque accommodatior? Quis ad necessarias comparandas expeditior? Quis ad honorem multifariam impatiendum peritior? Talem denique ad perfectam veramque in patrem benevolentiam ostendendam se praefabat, vt, cùm patera

SURINAM  
9 Decembris 1708  
EVIII  
5

terna quidem omnia officia in potestate haberet, animum ipsum à terrenarum rerum amore sicaliē seruaret, vt ne obli quidem vnius esset dominus. His autem iugisquam finis, quod ve præmium fuit: Paterna scilicet benedictio in spirituā Iacob profecta, ex quo patriarchæ sacrarum rerum, & gregis duces exiterunt, ergibus multi Deo grati filij & nunc sunt, & plures erunt, (certe scio) ex semine illam, a benedictione prædicto. Talis fuit vir ille, qui sanctitatem verè amauit: tandemque finem habuit egregia illius obediētia, quam velut adumbratione quadam perfecti coloris characterem & formam direxit.

Postea verò quād ad cælestem Dominum Thocfistus eius dux transmissus est, Cap. 18. illius locum ac mores se transtulit, & quietē ipsam legitimè amplexus fuit: non quādmodū multi ex his, qui nūc sunt, periculose illam aggredientibus, quippe priusquām carnem spiritui subiecerint, audent cum nequitia spiritibus finit. Eremus quādmodū multi ex his, qui nūc sunt, periculose illam aggredientibus, quippe priusquām carnem spiritui subiecerint, audent cum nequitia spiritibus finit. galari certamine congregati, sed cū tempus vincendi est, palæstram meditantur. Experienda. Num qui non prius obedientiam didicit, quomodo ille hostiles affectus subiiciet? Quisque obedienti regulam integrum non seruauerit, quomodo ille ad quietis non rem ascendet? An non manifestum est eum, qui extra tempus eam rem attigerit, lapidibus ferendum, aut telo in se iacto percussum, anima interitu peritum, et ait quād loco diuinæ literæ? Sed non ita fecit is, de quo nunc sermo Exod. 19. habetur. Cum enim obedientiam Deo placentem verbis ac morib⁹ p̄fessissim⁹, iureaque apt⁹ ad quietem se contulit: & prope Deum accedens, mentem purgauit, eiusque contemplationibus delectabatur, mente ipsa in rebus sublimibus versans: quandoquidem nihil suauius est, quād Deum contemplari: qui cū sit suauitas ipsi omni ex parte appetendus est his, qui eius gustum, & singularem charitatem aliquo modo senserunt, cuius satietas nulla est, ita vt qui hæc ipsa gustauerunt, vel ipsius cibi appetitum ferè obliuiscantur. Hæc igitur in scipsum attraxit, de virtute Psal. 37.

Quoniam verò non satis illi erat res suas considerare, cū charitas ipsa & aliorum vivitatem requirat, patris loco, vel potius tanquam lumen quoddā, fratrib⁹, quosuprā diximus, societati p̄fectoris est, quæ virum hunc beati Theofisti succedit. forem ac ducem habuit: quam societatem vterque & spiritu, & corpore ad eam conditionem & statum prouexerunt, vt mansio illa sanctissima & esset, & nominaretur. Duorum autem discipulorum dux separatum fuit, à quibus ministerium ei prætabatur, quo sōq̄ue contubernales quidem, sed non sodales habebat. Eorum vero unus adhuc sup̄cessit, Antonius nomine, qui nobiscum vñā usque ad senectutem obedienti subiectus vixit. Ipse nobis suggerat, quæ hoc loco in his, quæ non dicimus, desiderabantur. Panis erat nostro illi patri esca, vt aiunt, & fabæ cum oleribus, & summis herbis. Talis, inquam, erat illi quotidiana cibus olei exp̄s, ac nona die hora sumptus, nisi Dominico, & festo aliquo die: his enim diebus solitus erat nūc cum fratrib⁹ societate communi mensa vti. Potus erat is, quem fontes emitunt. & quo mens ipsa colligitur, non vinolentia copia dispergitur. Neque hic ipse cibus eius. quotidianus semper erat, sed interdūm ultra diem vnum, interdūm in tota hebdomada bis, vel decimo quoque die sumptus, potus sumiendi tarditate, vel, vt ita dicimus, ibendi ieiuhitate cum temperante appetitu coniuncta, vel ex naturali temperatione ad habitum redacta atque constituta. Vestis erat tenuis ac vilis, calcata. Vestes illi. terti corporis causa tantum adhibita, non tenuibus filis contexta, neque coloribus varijs ac florentibus elaborata, quā, qui nimia elegantia se ornant, non monasticæ cultores, sectari student. Orationem & lectio nem laboriosius exercebat, quæ certis horis obire consuecerat, & pro delicijs ac suaib⁹ condimentis, eo cibodelectabatur. Fleetendorum genuum crebratā patribus tradita, & callū, quod manus contraxerant, ac terra, in qua genua sua ponebat, hucusque virtutem illius manifestè prædicant. Stratum, non mollis aut diffluens lectus, sed qui corpus Lectus. amigere, & ad spiritalia ministeria firmum seruare posset. Ad hæc manibus propriis aliquid operari studebat: hoc enim ex illius recte factis præter careros, nē dicam omnes homines, insigne admodū habebatur: vel, vt magis propriè loquar, cum facio Apostolo illum id commune habuisse dixerim: Necessitatibus Actor. 20. meis, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ: quoniam non gratis pa- 2. Thef. 3. nem comedit.

Quis enim concinnius aut rectius, quād eius dextera, literarū figurās scribebat? Cap. 20.

Rrrr Aut

LLS

*Aut quis laboriosius, quam ille, alacrius ac studiosius id, quod dixi, vel quod quis aliud opus accidisset, tractabat? Quomodo posset aliquis eos enumerare, qui eius labores, hoc est, libros, ex diuersis sanctorum Patrum scriptis, tanquam flores quosdam collectos seruant?*

*Quos qui possident, tantum utilitatis percipiunt, quantum eis satis esse possit. Nostris autem monasterijs vnde nata tanta librorum abundatia suppeditata est? An non ex illius sanctis manibus & laboribus? quos ad euntes, & animo illuframur, & eius manum admiramur, cum eam talem fuisse perspicimus. Sed orationis nostra progressus quedam tacita praeterrit. Redeat igitur ad ea,*

Cap. 21.

Cōstantinus

Co<sup>n</sup>pymus

p̄tingitur.

*Erat temporibus illis summa quædam impietatis pestes. Constantinus ille impensis cogitationibus fervens, malitia domiciliū, multorum capitū draco, eius hæres p̄tingitur. sis propugnator, quæ sanctis imaginibus bellum indixit, monastici ordinis acerbissimus persecutor tunç regnabat: à quo quínam nostrorum Nazariorum non fuit exterminatus? aut quis latens, non in medium prolatus est? Quisve eorum, qui ei resistebant, non ad impietatis barathrum detrahebatur? ita vt sicubi aliquis eorum, qui insignes erant, relictus fuisset, tanquam scintilla quædam in oculo & obscuro loco iacens, ita latuerit, vt pro mortuo haberetur apud eos, qui adhuc supererant. Taliis fuit noster Elias, à Domino ipso seruatus ijs in locis, in quibus exortationi monastica operam nauabat, non eius manibus captus, qui nouis Achab dici poterat, neque eius impietatis particeps factus, vt post caliginē nocturnā cuiusdam pugnae tempora, velut lucifer quidā denudō nobis exoriretur: id quod factum vidimus. Dehinc enim necessarijs quibusdam de rebus Byzantium ingressus es. Quo tempore videre licuit monachos ipsos, qui superuerāt, tanquam lumina quædam ab ijs, qui in vrbe Byzantio erant, conspectos fuisse.*

Cap. 22.

S. Plato al.

ter Elias.

*Tunc & beatus ille, qui mortuus anteà putabatur, rediuius agnitus est. nequæ enim à cognitis superest crederebatur, ex eoq; nō solùm cōfanguineis hominibus, sed toti Byzantio celeberrimus factus est, alijs alundē illum attrahentibus acutissimè amplexantibus, & benignè eius dexterā apprehendentibus: denique nobilis ipsius doctrina libentissimè fruentibus. Erat enim vir ille oratione quidē suauit, ac moribus longè suavioribus, formaq; tali, qualem vita monastica exercitatio commendat. Habet & multiplicem docendi viam, omnibus omnia factus, vt, quod est ab Apostolo dictum, de illo etiam ipse dicam. Erat idem & coniugorum hominum moderator, & earum, quæ virginitatem exercebant, propagnator. Quorum manibus imperia tenebantur, eos adhortationibus suis reprehiebat. Infirmorum animos, tanquam bonus medicus, sustentabat. Patribus filios concordes reddebat, patresque filiis reconciliabat. Precabatur seruos, vt dominis suis essent benevoli: dominos verò, vt seruis se beneficos praberent. Alia denique officiebat, quæ qui facit ac dicit, diuinus esse cognoscitur.*

1. Cor. 9.

Cap. 23.

multū affert

fructū Con-

stantinopo-

li, vitij, p-

figādis &amp;c.

*Vnum illud addam ad ea comprobanda, quæ dicta sunt, vt oratione fides habetur. Quandiu cum ijs, qui in vrbe Byzantio erant, versatus fuit, domostoras in aliam vita formam mutauit, & ad virtutis statum conuertit. Quidam hoc est, quod dili, vitij, pfigādis &c. co? Suæ, inquam, lingua admonitionibus iu randi consuetudinem ab eius loci hominibus abstulit. Nimios ornandi corporis cultus modesta sua doctrina repressit. Sæpius de morum probitate differens, vt charitatem in pauperes exercerent, hominibus persuasit. Quarè factum est, vt pecunię abundè conferrentur, & in ealoc, in quibus pietas exercebatur, publicè distribuerentur. Eosdem ad lectionem compositè exercendam instituit, & ad quodnis aliud bonum opus reduxit. Quæ omnia noctes & dies, magno studio, labore, tolerantia ac vigilijs perficiebat: pedibusque iter faciens, amicorum & consanguinorum illecebris labores, quos ipse patibatur, libenter præferebat, re ac factis illud Apostoli dictum obseruans: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: nè, cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.*

1. Cor. 9.

Cap. 24.

*Itaque in vrbe illa regia, tanquam vexillum quoddam, erexit orationē, sp̄ectata vita testimonio comprobata. Adde quod tenui ac modesto habitu induitus, ad spectu ipso eos, qui eum videbant, ad virtutem hortabatur. Quod si cum politico aliquo viro negocium illi fuisset, orationem suauem adhibebat, ad eorum mores, qui eum audiebant, se componens. Neque quisquam hac in re ipsius institutum accepit, sed utilitatem inde proficiscentem consideret. Et quænam inquit hæc est?*

Peccan-

SURIT  
9 dec  
MONT  
REVITI  
5

DE S. PLATONE CONFESSORE.

1023

Peccantium hominum poenitentia, & vita renunciantium multitudo. Primus enim, & solus fere (vi ira dicam) apparuit, qui nostri generis homines & alienigenas virtutis exercitationem suscipiendam alacres reddit: primus, inquit, non bisigni sancte viu eremus, hortator diligens extitit. Quam ob rem & monasterio cui Non vult  
dum quod in urbe erat, praefete cogebatur quidem, sed noluit tamen. Quinetiam praefectus monasterio ne-  
nomediensum Ecclesiæ præsidre eum hortabatur, qui tunc præsidebat: sed aletari noluit, clerus fugiens, qui clero erat dignus: & sacerdotij fastigium me- que ciero.  
quis viritate sublimis & præstans erat.

mens virtute habimus & præstatim erat. Itaque ad iucundam sibi quietem reuersus est, vbi quædam memorata digna con- Cap. 25.  
finita, pauperum se patronum præbens, & corum, quibus iniuria fieret, propugna- S. Plato pau-  
torem. Ad hac consolabatur eos, qui æruminis premebantur, & quibus suis angustijs perū & op-  
afflitos subleuabat, partim lingua, partim scriptis, vbi non habebat, quo alio reme. Propugna-  
do posset se adeuntes iuare: (literæ enim ipsæ munera loco erant, cum eius viri cor hisili-  
tana effet reverentia, vt ad mifericordiam eos fleceret, qui possent misereri) par-  
tum vero quarum rerum facultas ei supperebat, eas alijs impariebatur, cum in eius  
potestate multa conferrent iij, qui bona sua benè exauriebant, vt inexhausta &  
impotesta bona participant. Quod si eiusmodi rebus alios iuare non poterat,  
consolatione saltem mœrem adimebat, & longiore disquisitione ferociores  
animos eius, qui trifitia laborabat, mitiores efficiebat. Quid igitur mirum, si & ipse  
cum celeberrimo illo Iob hæc dicere poterat? Seruani pauperem de manu poten- Iob 29.  
tis & orphano, cui non erat adiutor, opem tuli. Os verò vidua mihi benedixit, &  
cautam, quam non noueram, inuestigauit. Quibus de causis patris loco ab eis habe-  
batur, & ve corum patronus magnificebat. Denique vt hominum curator beatus  
predicabatur, à multis visebatur, eidem venienti homines occurserant, eundem  
hospitio tam monachi, quam coniugati accipiebant, cum eius fama ultra eam,  
in qua versabatur, regionem peruagata esset, ac Platonem illum, velut magnum  
quempiam & admirabilem virum, omnes in ore haberent: quem certò scio ne-  
quon posterum silentio, aut obliuioni traditum iri: siquidem virtus ipsa, immor-  
talis res.

Potest verò quam cœpit regnare Christi cultrix Irene, quæ pacem ipsam ut co-  
gnomento, ita & re attulit, in cuius regno cum alijs bonis, & monasticę vitę adeun-  
tibus, & ianua patefacta est, quæ olim ab impio Imperatore clausa fuerat,  
premodum ab ijs Imperatoribus, qui Græcorum superstitionem sequabantur,  
Christianæ fidei aditus precludebatur: ex eo, inquam, tempore, quo Irene ipsa re-  
gnare cœpit, nostra tota eorum, qui rebus terrenis renunciauerant, familia mona-  
chice vita obedientiam profitebatur: cui vno omnium ore laudatus pater ille post S. Plato mo-  
nasterij re-  
földitatem quietem præfuit, non quod vellet, aut cuperet dominari, (Quomodo  
in eum minimarum desideri capi potuisset, qui maximos fugerat principia.  
nus) sed patrimoni cognatis hominibus vietus, (dicam enim quod verū est, etsi ora-  
tiopla inconcinnior videtur) partim sperans etiam in principatu ipso candem  
fæderatum se quietem. Quod nequaquam fieri potuit: neque enim, quod quæsiuit  
esperavit, illud affectus est. Ex quo multæ in eum tentationes allatae sunt: à qui-  
bus verò, & per quos homines id factum fuerit, dicere omittam, ut eorum, qui hoc  
decorunt, honori consulam. Illud tamen dicam, quod triftem & inæqualem, siue que  
minutissimi minime constantiam vitam ducebatur.

Sed quidnam fecit generosus ille, & recti consilij vir? Cùm se captum ad præse. Cap. 27.  
duram illam exercendam vidisset, neque sine periculo cam se fugere posse ani-  
maderetur, quanvis sapè id cogitasset, tunc tamen ut prudens alius qui gubernat  
oculum tenens, in media fluctuatione nimium astante, segnitie omni ab ani-  
mo remota, & mentis lumine in altum erecto atque intento, beatorum virorum  
regellas ac vitas inuestigare coepit, non ad recentia exempla, qua prava & corru-  
ptant, sed ad exemplar, & Apostolicæ vitae imaginem oculos erectos habens :  
id quod facere oportet omnes, qui virtutis sunt imitatores, si vitam patrijs mori-  
bus convenientem, ac salutarem ducere velint. Primum igitur dedit operam, vt  
studiosi magni & diuini Basiliij constitutiones legeret : ex quibus sui temporis S. Basiliij cō-  
stitutiones monasticae, monasticae,  
conveniendum à monastica constitutione alienam esse didicit. Cùm enim fœ-  
minarum conobia gubernarentur à seruis maribus, atque ex ea re multa absurdia  
gigescerent, & magnæ animarum iacturæ fierent, audire, quoso, quid ille vir egit.  
P.

Rrrr 2 Cùm

111 S

Cum bene peritorum hominum sententias ante quas siuisset, vt quod bonum erat, exploratum haberet: (erat enim ab arrogantia studio satis abhorrens, neque quicquam sine aliorum consilijs faciebat) ill legitimas traditiones abscidit, vt pestilentes heres, suumque monasterium constituit, remotis feruis ac mulieribus, omnique alio mercaturae censu: quae cauponantium luera idem diuinus Bafilius appellans, fugienda esse praecepit. Id autem perfectum est non sine labore: cum difficile fuerit his, qui eiusmodi exercitationi auctui non erant, alijs etiam extrinsecus non paucis rebus proposito illi aduersantibus. Neque id mirum est, cum consuetudo ipsa faciliter & sine labore auferri non possit, neque quicquam ex ijs, quae cum laude fiunt, inuidia careat. An non excelsa atque ereta mentis est, à perniciose consuetudine secessare aellere, & rectum exemplar se illis proponere, qui non solum nomine, sed etiam re monasticam regulam sequuntur, & opus vita sua consentaneum habere cupiunt? Quomodo enim fieri potest, vt ille sit verus monachus, qui seruos habeat, à quibus, tanquam a domini, timeatur? Quomodo non vixi allodus & captus fuerit is, qui exercitationi monastica addiatus, mulierem aliquam sibi ministrantem contemplatur: cum illud eueniire solitum sit, vt quanuam à muliere aliquis longè absit, intestino tamen bello vexetur, & aliquando capiatur? Quamobrem factum illud his, qui propè erant, desiderium attulit, vt idem & ipsi facerent, & diuinos homines pietatis studiosos ad eam rem imitandam protocavit. Vnde sempiternam gloriam pater ipse asecutus est. Quod si alium quempiam adiutorum, & in ea re focium habuit, cum, in quam, qui haec dicit, & scribit, totum id parti nostre acceptum referendum est: decet enim filium in omni re patrem imitari, seque totum parenti tradere.

Cap. 23.

Iam vero à societate illorum, qui in urbe versabantur, & cognitorum congregu, nec non principum consuetudine se disiunxit, intra spiritualem aulam se continens, & gregi rationali præsidens, doctrinæ cibo illum nutriendis, & eruditiois potum abunde illi suppeditans. Ex quo factum est, vt Lia ipsa floraret, & grex cresceret, ac celebrior fieret, Deusque glorioius laudaretur, à quo in omnes omne opus perfectum proficiscitur. Sed quale illud est, quod interea haec dicens, imprudens ferè præterij? Cum iam regnaret pia illa fœmina Irene, multaque disceptatio de venerandarum imaginum argumento facta esset, idem pater ante multis aliis, & cum paucis quibusdam libera oratione imagines prædicabat, cumque ijs, qui contra eiusmodi venerationem bellum gerebant, quantum poterat, ipse pugnabat, quandoquidem ad disputandum de dogmatibus idoneus non erat: nam simplicem quidem orationem habebat, at amplam tamen, & non nisi suo congruentem, & auditoribus probabilem. Cuius rei argumentum illud fuit, quod in cathedra urbis metropolitanæ Epiphaniorum in synodo illa, quæ in Apostolorum templo habita fuit, à Præside, qui tempore illo erat, prouocatus est is, qui neque ante haeticorum militaris ordinis impetum timuit. Quo tempore ad magnum illud templum festinavit, aduersus Præfidem clamans, & fallacem illum coetum contra venerandas imagines coactum vituperans. Et paulo post cum concilium illud falsum dissolutum fuisset, tam coetus ille veritatis propagandus, quam regina ipsa è medijs leonibus erecta fuit. Tunc sine sanguine (vt ita dicam) martyr apparuit noster præceptor, Pontificem ipsum sequens, neque quicquam ob ea, que aulis fuerat, veritus. Parum enim est, quod in ea synodo, quæ iterum in urbe Nicæa habita est, inuentus fuerit, eo quod tunc immensis & durus ille populus de medio sublatu suerat. Postea vero, quam haec ita se habuerunt, & recte fidei trophaeum eretum est, pater ipse in suum monasterium reuersus est, præsidendi munus exercens. Quo tempore morbo detentus, qui vita desperationem significabat, idque pro lucro dicens, atque appetens, præsidendi officium in nos transstulit, qui neque digni eramus, quibus ille præsidet. Inuenit igitur humilitatem illam, quam oportebat, & molestiarum velut inducias quasdam accepit, & a vexationibus, quæ illum detinebant, liberatus est, talis existens, qualis olim fuerat à pecunia & possidendi cupiditate alienus, neque curiositatis amator. Non amplius autem aliquorum odia locum habebant ad eius virtutis splendorem contingendum. Nam & viri iusti affliguntur, vt, cum rebus aduersis, velut igne quodam, probati fuerint, eorum animi illustiores fiant, recteque incedentes, minimè delabuntur, discantque bene agendi facultatem omnem à Deo se habere.

Iacob. I.

Cœciliabu-  
lum Icono-  
clastarum.Synodus  
Nicena 2.S. Plato à  
pecunia &  
possidendi  
cupiditate  
alienus.

Temp.

S U R I

O D E R  
1024

R V I I

5

Tempus igitur, quo præsidendi munus pater exercuerat, iam absoluimus. Ora-  
tio nem deinceps ad id, quod celebrius est, conuertemus. Sed in mentem mihi ve-  
nient gemiscere, que vera sunt dicere aggredienti quidem, sed harum tamen rerum  
nominem recusanti, eorum causa, qui ea fecerunt. Verum cùm fieri non possit,  
vulnus manifesta fiant, que occultari non debent, quanvis vbiquè ea vulgata sint,  
nam tamen ad eorum narrationem, non quòd velim his, qui hæc egérunt, ob-  
sidare, sed ut viri beatissimi virtutem monumentis literarum cōsignem. Vē tibi, Eccles. 10.  
caitas, inquit Salomon, cuius Rex iunior est. Id quidem à literis diuinis olim au-  
diāram, nunc etiam expertus sum. Constantinus Irenes filius, cuius fides quidem  
natura fuit, ex materna pietate formata, vita verò peruersa ex imperij potestate, in-  
temperantia, velut stimulo quodam excitabatur. Cùm enim pubescente aetate nu-  
per imperium habere coepisset, partim maternæ reuerentia & custodiæ freno abie-  
cio, & Herodes exemplo moechus factus est. Sed quo rūsum nam hæc spectat historia? Mart. 14.  
Vinostrum hunc magistrum, Præcursoris illius Iohannis imitatorem quodāmo-  
duisse intelligatis. Cùm enim omnes ferè iniquo illi factio assentirentur, solus  
hic (verità dicā) cum suis pueris, hoc est, discipulis, stabilis permanxit. Ob idque quot  
se qualia per totum annum certamina cum subiisse putamus? Nuncia nuncijs, mi-  
nima addebantur: flagella, exilia, membrorum mutilationes proponēbantur.  
Cum verò nihil eorum, quæ Cæsar ipse studebat, perfici posset, (nam verbo quidem  
alij eum persequebantur, re autem vera Imperatoris manus illi erat infesta.) Nostis  
monachos illos, & literas ad eum missas. Postremò cùm caipa inania atque infir-  
ma deprahensa essent, viro illo sancto, quod decebat, faciente, & contrarias literas  
mittente, tunc Imperatoris persona detecta fuit, cùm non amplius ficta species lo-  
cum habere potuisset. Rem enim aperte ostenderunt, quæ à duobus illis exercitūs  
ducibus ab eo, velut, hostibus quibusdam, ad inermem Christi monachum, sola di-  
uina lege armatum, missis facta sunt.

Pastor igitur è medio sublatus est, & oues gregis dispersæ sunt, alijs verberatis, Cap. 50.  
alijs in exilium missis, alijs persecutores fugientibus. Quodque miserabilius est, Expellit vi-  
regum editum prohibebat, nè quis eorum, qui Dei causa persecutionem patie-  
batur, alicubi recipereetur. Eiusmodi editio monasteriorum Præfeci obtemp-  
eruerunt: ac quotusquisque inuenitus est, qui virum illum accipere ausus fue-  
rit? Interea Christus dormiebat ob eam, quam ipse nouit, rationem, probans  
& explorans aliorum animum, num firmior eset: aliorum verò inhumanita-  
tem patientia sua flectens ad misericordiam, & ad poenitentiam prouocans. Il-  
le igitur Christi athleta sponte à propriis membris abscondit, atque omnino  
solus relinquit, animam pro ouibus suis exponens, verè bonus pastor, vt in Iohan. 10.  
Evangelio dicitur. Idem ad Cæsarem Briarei manu ducetus, coram ipso stetit (au-  
deo dicere) velut Præcursor Domini Iohannes, nisi quòd ille vltro, hic ab alio du-  
citus fecit.

Oportet illius viri mentem & animum, qui non imperium formidauit, nō mi-  
niscessit, non illecebris fractus est, cùm præserit cognata illi eset fœmina, quæ  
Herodias mentem habebat: quinimodo intrepida oratione vsus, ac nihil veritus,  
id, quod verum erat, confessus fuit. Non licet tibi, inquit Præcursor, habere vxorem Cap. 51.  
Philippi fratris tui. His similia & Præcursoris imitator ei dixit, qui Herodis erat si-  
milis. Non ille quidem fuit securi percussus, quoniam noluit Cæsar ipse martyrem  
cum virum esse, qui animo & proposito iam fuerat, & ijs, quæ dixerat anteā, se cer-  
tificatis ostenderat: sed imprudens tamen Christi confessorem cum esse proba-  
vit, cùm in cellula quadam, vt maleficum hominem, illum veritatis thesaurū con- Includit eū  
clusisset, clavis alijs alias addens, ac cibum per foramen quoddam ei dari iubens, in cellula  
vulnilio prorsus videri posset, qui à Deo ipso videbatur. Hæc vñà cum Cæsare  
agabant monachorum Præfeci quidam, quos pudet me nominatim proferre:  
quodque miserabile est, carcer erat monasterium, Imperatoris palatio adhærens:  
& cummodi custodiæ princeps erat is, qui adulteros coronauerat. Hei mihi, (vt cum Mich. 7.  
Propheta clamem) quoniam perijt vir Deum timens à terra, & qui recte faciat, in  
hominibus non est.

Quid dicam de illo, qui sanctum virum custodiendum ei tradidit, qui adulteros Cap. 52.  
ipso coniugauit? Quid de illo, qui mādato Imperatoris virū nullis rationibqs red-  
dendis

dendis obnoxium, tanquam reū conquisiuit? Quid eos in mediū afferā, quos Cesar ipse sacrorum ministris insignes in carcere misit, ad persuadendū iusto illi viro, vt verbo tantum assentiretūr ijs, quā siebant, si à carcere dimitti vellet, & omnibus suis dominari? Quid deniq; illos proferā, qui ei valde illudebant, atq; obtrecentabat, tam consanguinei, quam alieni: tam qui eodē, quam qui diuero habitu inducebātur? O rem absurdissimā, immō verò o factum contra veritatem iniuriosum. Insimulabāt generosum hominem adulterinū comprobatores, quōd mente delira esset. False gloria studiōsum esse iactabāt cū, qui pro Christi gloria certamē subierat. Illi nimis homines hec dicebāt, qui cūm ad Cesari voluntatē omnia loquerentur & facerent, à Deo ipso Domino exciderant. Eius tēporis calamitōfā in humanitatē, Christi cultor cerebat, veritatē ipsam solum propositam habens, & quē veritatem defendantē retribuēda sunt, secum cogitans. Itaque erunnas illas ita transfigit, vt si cum tranquillitate in aliquibus locis occultis requiesceret. Cuius enim viri studiū & in Deum charitatem nihil superare potest.

Cap. 33.

Liberatur  
ex carcere  
S. Plato.

Irene redit  
ad imperiū.

Cap. 34.

Esa. 60.

Cap. 35.

S. Platonis  
præclarā  
humilitas.

Breue tempus intercessit, & adulterinū illud Imperiū, quod noluit intelligere vt benēageret, de medio sublatum fuit, vt & Imperatores ipsi discerent diuinā leges non violare, neque iniquas persecutions & carceres struere, quanuis purpura nimirū efficerantur. Tunc fidelissimus ille diuinarum legum custos, confessio-nis brauio recepto, à carcere ipso, tanquam victor, exiit, multisq; laudationibus & carminibus celebratus, felix dicebatur, eorum testimoniis comprobatis, quian-ta ipsi obtrecent ab atque illudebant. Solent enim (vt est à Gregorio Theologo dictum) hominis alicuius virtutem vel hostes ipsi admirari, cūm, furore extincto, res ipsa per se probata fuerit. Licet hoc loco diuerso modo res se habeat, accidi possit. Cūm enim Regina illa, quē pacis nomen habens, Irene dicta est, rursus impereare coepisset, & reuerentia virum hunc, tanquam martyrem prosequeretur, tunc instar fluuij retrofluentis, si quis inimicus antea fuerat, in amicū & laudatorem conuersus est, ita vt custos carceris in terra prostratus, sibi veniam dari supplex petierit. Sed vir ille factis, aut dictis tam motus fuerat, quam lapis sensus expers.

Postea verò, quam ab exilio reuersi sumus, alijque ex alijs locis, tāquā volvētes quadā aduolāsſent, factū illud pijs hominibus admiratione erat, & cum capite ipso membra copulabantur. Diceret fortassis & hoc loco (quanuis verbum hoc audax sit) clarissimus ille yates Esaias: Leua in circuitu oculos tuos, & vide congregatos filios tuos: veniunt omnes filii tui de longe: videbis, & gaudebis, & metues, arque obstupefces corde. Ille quidem propheta haec diceret: ego vero addiderim, illum etiam, qui sacris præsidebat, & in ea re principem locum tenebat, ita si se affectum, vt eum, de quo dicimus, reuerentia prosequeretur: qui cūm se illi purgasset, ad concordiam etiam ipsum inituauit. Quod factum fuit, electo illo, qui adulteros conjugatos coronauerat, vt dissidium remoueretur, quod beatus ille vir maximē fugiebat. Quo facto, victoriæ præmium apud vniuersos, qui conuenerant, alescutus est. Quid enim aliud Deo ipsi concordia & coniunctione charius, modo coniunctio ipsa hominem à diuinis præceptis non sciungat? Sed quidnam postea factum fuit?

E priore monasterio gentis illius causa Byzantiū migravimus. Quo loco pater ipse virtutis appertens, nē monasterij gubernationem sustineret, intra cellulam se claudens, eam vitam amplexus est. Sed vide etiam hic admirabilis rei studiū. Tam multa eius erat humilitas, vt, cūm fratrum societas sub duobus principibus esse non posset, seipsum vir ille Dei studiosus atque imitator, obedientię legibus subiecerit. Idque fecit illis ipsis præsentibus, & eius rei testibus, qui eodem conuenerant. An non peregrinum & alienum hoc est, filium dici eum, qui antea pater dicebatur, eius, inquam, filium, quem ipse in spiritu generat? Quid, quōd ei subiectus erat, cui olim imperauerat, cūm præseruit tot essent illius egregia facta, vt satis illi ad laudem esse possit, si tātarum rerum gloria non elatus, modestè se gesserit? Sed admirabilis ille vir facile & nullo negocio hoc perfecit, non fītē quodammodo & adulterinē, vt verbo tantum imperanti subiectus esset: sed sincerè, arque eo modo, quo Deus postulat, id ipsum faciebat. Vbi enim confessio est, illuc & fiducia: vbi fiducia, illuc propriæ voluntatis remotio: vbi voluntatis remotio, illuc & obedientiæ perfectio esse solet. Recte factorum testes illi sunt, quorum causa petitiones aliquot extiterunt. Supplicabat pro aliquo propinquō, & cūm petitionem assecutus esset, eius causa, qui petitionem obtinuerat, ipse gaudebat. Quōd si petitionis compo-

ponon fuisse, sed re infecta discessisset, nequaquam id molestè ferebat, vnum il-  
lud propositum habens, ut re aliqua agenti utilitatem afferret, non ut voluntatem  
fim exploreret.

Hemih pater, (vt propheta voce vtar) quemnam me genuisti? Patrem te yo- Cap 36.  
cnon erubefco, qui dignus non sum, qui filius tuus nominari possim. Quorsum  
mea hanc dignitatem extulisti, qui neque imperio parere aptus sum? Nouit De-  
xigemadmodum & tua sancta anima, huius rei rationem, quod scilicet amicitia  
pervel obedientia potius, etiam illa, qua supra vires sunt, ferre potest: vt breui ora-  
tione defensionem meam comprahendam, & hoc loco finem faciam, redeun-  
dum enim nobis est ad id, quod proposuimus. Clausus erat pater ipse in loco qui-  
dam angustissimo, qui aestate ita calefieri solitus erat, vt alter Chaldaicus caminus  
affidetur, plumbei recti inflammatione astuans. At ille non solum eam rem  
non molestè ferebat, sed etiam talem in posterum sibi requiri votis ex- Dan. 2.  
prebar, desiderio ipso laborem leuant, & spe difficultatem faciliorem redden-  
ti. ex his rebus vir ille laboris studiosus, contentus erat: sed constanter ac diligen- Itém singu-  
geribus laborabat, multam vim adhibens: diuinæ verò meditationi multa  
diligentiores dans operam, & ubique aduersus hostem diabolum pugnans, & fra-  
min necessitati paratum se præbens, alios tristes consolans, alios animo deficien- Veri mona-  
tes recrereans ac sustentans, multos lapidos erigens, quique aceritate aliqua affecti- chi exercit-  
vunt, illorum mœrem leniens. Denique multiplex ille animarum medicus ad  
coram, qui aliquid patiebantur, habitus se accōmodabat, vt laborantes ipsos opti-  
mē curare posset.

Non silentio pratereundū mihi videtur, quod est admodū memorabile. Cūm Cap 37.  
fera quadam catena valde graui pedes circūdedisset, eiusmodi laborem fortiter  
futinebat. Quām verò labiorum furerit, catena illa in dutum dormire, vigilare,  
& pusillicet, licet eam rem considerantem intelligere. Neque id faciebat, vt se  
clausum ostentaret, neque tanquam virtutis officinam, instar Chironis illius, in  
Taenarico antro habitantis, factum illud iactitabat: (ab eo enim affectu athleta  
ille mutum aberat) sed virtutem suam extenuabat, quasi eam non coleret, vt par- Ad pedes  
era: catenam verò illam submissione quadam artificiosè ita occultabat, vt omnī  
bus fere ignotum esset, quod diximus, quoā à cella progressus, rem ipsam vel inui-  
tus patiebatur. Sed de his rebus sat diximus, cūm & auditor medio critatem amet,  
& scriptor copiosius res ipsas enarrandi facultate non abundet.

Cum vero è vita excelsisset diuinus ille vir, qui tunc Episcopatu presidebat, quis Cap 38.  
cum Patriarcha futurus esset, suffragijs quærebatur: quæ quidē de multis fereban-  
tur, cum plerique alius alium cooptaret, prout benevolentia aut veritate duce-  
batur. Quæstum est & patris nostri suffragium, non solum ab his, qui sacerdotio  
insignes erant, sed ab ipso etiam Imperatore. Quid igitur (vos quælo) faciendum  
illud: An non decebat eum, qui bonarum rerum causa certauerat, & accuratè  
vit legem omnibus se proposuerat, liberè ac verè sententiam suam profere, id,  
quod ad communem utilitatem spectaret, considerantem? Minime, inquit cuius  
iuratores & obrectatores, sed vel ignorationem simulare, vel ambientibus suffra-  
gium illud concedere oportebat: quorum alterum mendacium habet, alterum  
simulationem: vt rurisque certè respuerendum. Ille igitur suffragium suum misit. Cui Magnum  
autem illud detulerit, omitto dicere. Misit tamen, Deo ipso teste. Quod & illi II. pondus ha-  
bent accepert, nescio quomodo, quod scriptū fuerat, confirmantes. Qui enim  
suffragium ipsum accepit, reuolut calculos ipsos, ac peruerit. Et Plato quidē ipse, creandum  
quoniam necesse erat, vt pro capite proponendo singula membra suo fungeren- Episcopum,  
tu officio, ad quendam eorum, qui eodem habitu induiti erant, Cæsar isipius pro-  
pinquum, communis utilitatis causa egredi ex eo loco, in quo erat, nequaquam  
venit, nocte adiit: cui cùm ea dixisset, quæ decebant, in cellam celeriter redijt. Il-  
le verò cum hac audiisset, in furorem versus est, ac paululum moratus, quantum  
ad id, quod consultauerat, perficiendū sat is est, sanctum illum virum, & nos vñā In carcere  
cum illo compræhendit, & quatuor ac viginti dies munito quodam in carcere de-  
tentos, domum postea redire permisit. In carcere  
conciit.

Quid opus est dicere, quot iniurijs virum illum, vel potius veritatem ipsam, affe- Cap 39.  
cerit, utrum societatem furorem oppugnans atque conturbans, & alios quidem in  
Rrrr 4 carcere

carcere seruans, alios ad iudicia, tanquam reos, trahens, quanvis in omnibus alijs rebus imbellis & ridiculus existeret? Quæ omnia erant apparatus quidam malitia, quam ille meditabatur, & velut iniquitatis cuiusdam exordium, necnon eius hominis nugarum, & aperta petulantia significatio. Propediem vexatio ipsa illata est, eiusque causa fuit Ioseph ille, qui adulteros, quos diximus, coniugauerat, clandestinum, inquam, malum illud, & Ecclesiæ ipsius perturbatio. Cuius quoniam, tanquam serpentis cuiusdam venenum, canonice communionem effugimus, à Cæsare ipso minæ nobis proponebantur: quique instabant, parati erant. Sed quæ possum paucis verbis comprehendere, quæ multos terrores, quot certamina & tentationes nobis attulerit, quæ sapientia nos abducendo vexarit? Scit hæc, tam qui ea passus fuit, quæ qui prope illum, qui hæc patiebatur, tunc erat. Profectò militaris phalanx locum, in quo manebamus, ita cinxit, vt neque aliquem hisceret, aut omnino caput efferre permetteret. Intus timores, foris terror ac mina proponebantur. A quibus autem hæc proposita fuerint, non dicam, eorum, qui hæc fecerunt, personam reueritus. Heu quanta fuit temporis illius calamitas? Nemo ferè impetum illum ferre potuit, nemo fuit qui recta consulueret, & diuinæ partes sustineret. Quin immò optabile erat, nè quis iracundiam principum magis excitat. Hæc, & his miserabiliora faciebat, qui ciuidem ordinis erant participes. Postrem (vt summatis rem perfingam) fratrum societas noctu abrepta est, & in carcere conclusa. Quo facto, synodi constitutus fuit dies: in quo vir sanctissimus à militari manu vñâ cum tribus alijs, velut maleficus quispiam, ad ipsam synodum ductus fuit. Misérabiliter certè spectaculum erat, senem videre, propter imbecillitatem ingredi non valentem, sublatum portari catena vinclum, qua ipsius pedes circundabantur, & ab alijs humeris in alios velut piaculum quoddam indecora traiectione transmitti. Hei mihi: hæc ne fuit ordinatio synodo congruentis ratio? Hæc ne Imperij Christiani existimat? Quæso, qua in re sunt hæc illis inferiora, qua latrocinantium insidijs, & tyrannicè imperantium violentia, olim patrata sunt?

**Frates eius  
ducuntur in  
custodiam,  
& ipse ad  
synodum.**

**Cap. 40.  
Damnatur  
exilio.**

**Sancti per-  
multa pati-  
untur ab  
imperio, Im-  
peratore.**

**Cap. 41.**

Sed, vt quæ in medio sunt, ea velut ludicra quædam prætermittant, illa enim historiæ modum implere possunt exilium iam decretum fuit, & pater ipse circumscriptus est in vna quadam insula ex his, quæ ante urbem sunt, quemadmodum & frater noster in alia quadam valde apera, munito quodam carcere ad exilium accedente. O rerum mutationem. Monachis ipsis humaniores extiterunt hi, qui communis vita vtuntur, & priuati homines veriti non sunt iustum ferre iudicium, quod iudices debuissent: manifestum enim erat iniquum illud facinus. Missum facio balneum illud, in quo Imperator ipse militari acie omnium fratrum societatem inuadens, cùm ex monasterio illo singulos suæ voluntati subjiceret conatus esset, spe deceptus est: suo enim imperio valentiores illos esse cognovit, qui diuina legem nitabantur. Missos facio carceres, in monasterijs constitutos, & monasteriorum Præfectos carceris duces factos, hisque quos clausos tenebant, plura, quæ iussi fuerant, tormenta inferentes. Prætereo, qua postea consecuta sunt, quo tempore multi abdusti, & in alium locum translati, persecutions, inquisitiones, disfuctions atque exterminationes pertulerunt: quo tempore multa atque ingentes minæ, iræ, interrogations & responfa, multaque per omnes urbes inuestigatio facta est, nec ubi aliquis fratrum lateret, adeò, vt non nulli timore persequentium in terra foraminibus sese abdiderint, quod seruari possent. Hæc autem omnia eius rei causa facta sunt, (rursus enim præ admiratione eadem tractare cogor) vt qui adulteros illos contra Euangelium & præcursorum Ioannem coronauerat, quasi salutarem aliquam dispensationem Ecclesiæ attulisset, impunè rebus sacris præstis posset: quique illum Euangelicis præceptis obtemperantes non admitterent, ex leges & à Deo alieni haberentur. O diuinæ leges contemptas. O persecutorem acerbissimum, Christiani hominis appellationem habentem, & Christi leges conculcare gestientem. Quid ita insanus factus es, stolidus atque immitis vñâ cum Leone tibi cōpare? An non vides contra iniurias Dei leges te armari, quas nemo ex his Imperatoribus, qui vñquam fuerunt, superare potuit? Quin immò quicunque se, vtrū nunc, his ipsis legibus aduersarium ostendit, iure optimo perire.

Sed quonam modo Dei seruus abductus est? Ad illum enim ipsum redeo. Rursus translatus, rursus distractus, & à duobus hominibus huc atque illuc protritus, cōquid

quod non amplius progrederi posset, trahebatur & ita distractus vexabatur, ut in-  
iquum illud facinus vel ipsis lapidibus sensus expertibus lachrymas mouere pos-  
ter anera-  
re. Haec rei testis est celebris illius martyris Mamantis regio, testis est & abrupta  
illanula, que post primam fratris iam dicti custodiā, pietatis huc custodem de-  
tritum. O inimites, & doloris sensu carentes illorum animos. Sed nescio certe, quo  
monine ipsis congruente illos appellebant, qui eadē opera monachi, & milites, &  
exercerant custodes: qui iustum illum virum omnino desertum, tanquam in  
de profundissimo, in cella quadam conculserunt, hominemque iam senio con-  
fitemur, & morbo vexatum, sub vnius cuiusdam serui potestate, illi rerum terrena-  
rum & Cesaris serui reliquerunt, ut sanctus vir semel in die, vel bis, a ministro vise-  
retur. Quo tempore & sex ex eum rogabat, ut ad necessarium usum corporis ducere-  
tur, & inquis ille seruus id ei exprobrabat. Petebat aliquid imbecillitati sua con-  
traneum, & peruersus ille forces claudebat. Cumque hac pateretur, nihilominus  
amen stabilis permanxit: quodque coram Deo & hominibus confessus fuerat, nun-  
quam denegauit.

Potesta vero, quamdiu eius carceris causa cum in lethalem morbum incidisse Cæsar Cap. 42.  
audivit, animi duritiam leniorem faciens, in urbem Byzantium ipsum transfluit: Sanctus  
etiamque illum eò transfluisse, parabat se ad id, quod male factum fuerat, corrigen-  
dum. Sed quoniam non recte proposito ac sententia mouebatur, quod propulsue-  
rit, ad finem non perduxit. Illū enim diutius arroganter ac temeritate suspensum,  
cum fortis Deimarus ad Scythes exterminasset, illuc cum toto exercitu perdidit:  
ut posteris narratio quadam terribilis, & diutu horrenda, Deicū iudiciorum, qua  
comprehendi non possunt, eiusdemque sapientissimae prouidentie exemplum re-  
linqueretur. Eum vero, qui anteā nobiscum vna clausus tenebatur, cum eorum, qui  
in Imperio potiebantur, & piē se gerebant, gratia proprio gregi restituisset, Con-  
filiorum ille seipsum esse probauit: idq; quomodo factum sit, dicemus: neq; enim  
hoc præterire consentaneum est.

Eadem cura, qui reg nostras beneuelo potius, quam inimico, animo disponebat, Cap. 43.  
de medio sublatum fuit scandalum: quo remoto, & dissidium, quod illi cum Epi-  
scopo intercesserat, sublatum fuit, cum principes ipsi hoc ei persuaserent. Itaq; san-  
ctissimus Patriarcha se purgavit, quod, quæcumque acciderat, Imperatoris violen-  
tia facta fuissent. Tunc igitur vna conuenerunt, & vicissim sibi satisfecerunt, (qua-  
ndoquidem Deo ipsis nihil ita charum est, ut pax & concordia: modò concordia Obserua-  
tio non sit fidei dissensio, neque diuini præcepti violatio, non denique Canonis qualis sit  
alium reprobatio, quemadmodum præfens coniunctio se habuit) quantum ad admittenda  
nos pertinebat, ea, qua interea facta fuerant, prætermittentes, ut illis similia, qua in religione  
concordia, ditionum patrū memoria facta, & similiter dispensatione quadam neglecta fue-  
runt: immo vero perfecta earum rerum examinatione in futuro illo seculo illi  
suo atque incorrupto iudici referuata.

Sed quidnam consecutum postea fuit? Non amplius pater ipse clausum se deti- Cap. 44.  
nebat, quoniam propter infirmitatem non amplius corporis necessarium usum  
perficiū explore poterat: sed modò in lectulo recumbens superioris exercita- Lōga corpo-  
tis & certaminis atque laboris relaxatione: modò in humili aliqua sede requi-  
etens, Davidis psalmos pronunciabat, & mente Deum ipsum precabatur: quæq; tur.  
id fratrum societatem adiuuandam pertinebant, omnia conferebat, salutaria  
consilia, admonitiones, correptiones, adhortationes pro vetere & paterna be-  
neuelentia, qua vti in eos consuecerat. Non tamen valebat opus facere, neque  
genitifere, neque lectionibus vacare, nisi quantūm ministri alicuius prope se  
legentis opera vrebatur: nihilominus his rebus dolebat, & tristis erat, quasi animam  
perdidisset, eò quod diuina & sacra ministeria non obiret, sed à corpore  
laboribus vacaret. Ac si quem cibum sumebat morbo congruentem, vel la-  
tebro, vt iussis pareret, vrebatur, Deo quidem ipsi gratias agebat, sed ægrè fere-  
batur, quod remissius viueret. Itaque verè stadium ipsum celebrerimus ille  
& diuinum cursum exigit, quod dicitur, cum obediēta exoriens, & in obedien-  
tia defensis. Duodecimo enim, ac diurno horarum ambitu cùm parem annorum  
circulum in singulis certaminibus perfecisset, vitam illam sempiternam, & peren-  
ne lumen habiturus hinc migravit. Numera certamina ipsa, & inuenies annos  
octo & quadraginta: addē duodecim illos, antequam terrenis rebus renunciasset,

ad

ELS

Anni vita  
cios 79. ad illa quatuor certamina, quae in persecutionibus, decem item & nouem annos, quos in infirmitate corporis transigit, & celebrem virum vnde octogesimo anno hinc migrasse inuenies.

Cap.45. Sed quomodo sine lachrymis eius viri finem enarrabo? Iacebat senex ille senio admodum honorato, ad migrationem ipsam animum habens paratissimum. Illic & fratrum societas circufusa, sanctorum eius orationum donum postulabat. Cum igitur singulis benedixisset, eosdem amplexatus, ad sepulcrum abiit admodum latu, quod iam pridem videre concipiuerat, quanvis voti compos ante factus non fuisset, cum non pridem affecutus esset, quod volebat. Cum igitur valde hilaris sepulcrum suum vidisset, Deo gratias agens: Haec, inquit, requies mea in seculum sculi: eamque vocem adiunxit: Voluntatem timentium ipsum faciet Dominus.

Mouit & eorum, qui foris erant, non paucos: qui nullam temporis rationem habentes, (erat enim sanctorum ieiuniorum periodus) concurvad ad eum venerunt, tam monachi, quam in communia vita versantes. Quibus cum ille benedixisset, resuersi sunt, sanctam illius commendationem, velut bonum quoddam viaticum accipientes. Quinetiam sanctissimus ille Patriarcha cum ad eum venisset, eius orationum se partipem fieri postulauit: quarum compos factus, amplexus illum fuit. Itaque omnis discordiae suspicio remota est, cum olim tristia illa, que inter eos acciderant, impedimentou fuissent, quod minus id credi posset. Omnes sicut ad monuit, pro omnibus Deum orauit, universis veniam dedit, qui inimicis se in illum geserant, qui eum persecuti fuerant, & molestiis affecerant. Hac fecit diuinus ille vir, qui Christum ipsum etiam moriens imitatus est.

Cap.46. Quoniam vero & testamētū disponi oportebat, dicam, quod nam hoc fuerit: Orthodoxa, inquam, fides, & legitima vita institutio. haec enim & viuens, & moriens seruauit. Hoc autem, vel illud distribuere, ad eum minimē pertinebat: quoniam neque de amictu ipso quicquam disponere in potestate habebat. Tunc & a me miserabilis homine rogatus, an aliquid haberet, quod diceret, manu vestem meam apprehendit, eamque concussit, symbolum quoddam, hoc est, obedientię omnino liberare & prompte indicium relinquens, vocemque valde summissam emitens, dixit, se nihil habere. Quo dicto, ad humilitatem meam omnia referebat. Minime autem illud prætermittam, quod prædictionis apertam habet significationem. Ipse funebre canticū sibi ante mortem modulatus est. Cum enim thoracis morbo reneretur, & assiduo anhelitu laboraret, labia ipsa ex consuera diuinorum eloquiorum meditatione commouebat, summissaque voce illam præcipue cantici partem canebat: Resurgent mortui, & exurgent qui sunt in monumentis, & letabuntur qui sunt in terra. Quem verum hortabatur ut secum vna canerent, qui præfō erant, quoad loqui potuit, & vocem tenuissimam emittere. Canticum autem illud eius obitus consecutus est, qui iusti Lazarus, eiusque diei festi memoriam aduentantem antecessit: ad quem Lazarum canticum illud referebatur, quo cum partem habitus erat pater hic, cuius vitam scribimus. Postrem cùm insurrasset, & Deum precatus esset, ut saluus fieret, decoro habitu iacens, caputque ad dexteram inclinans, ita leni & tacito corporis motu, tanquam in proprium locum migrandū sibi proponeret, cum oculos ea hora clausisset, qua sol occidit, sanctam animam Angelis tradidit, qui eam ad iustitiae solem perducerent.

Cap.47. Et nunc ille quidem in celis est, no solū eo ordine ac statu (audeo hoc dicere) dignus habitus, qui viris exercitatione præstantibus assignatus est: sed in corū choro numeratus, qui Confessores extiterunt. Quorum enim certamina perperitus est, corundem sortis manifestum est partipem factum fuisse. Vel, si placet, cum ijs, qui terrenis rebus renunciārunt, numeretur: qui ea re probatissimus fuit, & multe obedientię causa coronatus: cum his, qui vitam quietam egérunt, ille, qui legitimam quietem exercuit: cum doctoribus, doctor modestus atq; compotifis: cum ijs, qui latentem vitam exercerunt, ille, qui uox solū clausus mansit, sed tunc etiam obedientię subiectus fuit: quodque admodum honorandum est, cum Confessoribus certus Confessor, re ipsa orationem comprobavit.

Cap.48. Ego vero miser, bono illo patre orbatus, & animo fluctuans, vbinam constitam! Quem admonitorem inueniam, extra rationem me gerens? Quomodo prauis dementis impetum fugiam, cum eius admonitoris ac doctoris copia mihi non adsit? Sed o diuinū & sacrū caput, tu me ex alto propitiū respicias, & cadentem erigas, gradī-

Festum S.  
Lazari.

Migrat ad  
Dominum.

Cap.47.

Cap.48.

Author in-  
vocat eum.

SUR II

1030  
1031

RVIII  
5

gradientem dirigas, incolumem conferues, & vna mecum gregem hunc agas & pa-  
fes, quem multis laboribus & sollicitudinibus constituiisti, vt vestigia tua sequatur,  
viduorum mandatorum semitas teneat. Protagas, foucas, & tam magnos, quam  
pamus greges tuos defendes, eorum esto propugnator, sicut tua migrationis tem-  
poris pollicitus es: (Tui enim greges sunt omnes, quorum duces sunt filii tui, & fi-  
liorum progenies) vt te propugnatorem ac defensorem vniuersi oram Deo, &  
ad Deum habentes, incolumes permanere possimus, nullis hostibus corporeis aut  
incorporeis nobis nocentibus, vt neque timoris causa nos a recta fide vel paulu-  
rum subtrahamus, neque a diuinis mandatis deuiciamus, neque ignauemus, aut pernici-  
cis affectibus aditum patefaciamus, non denique exercitationem ipsam, cuius stude-  
mus illo inquam tempore negligamus, in Christo Iesu Domino nostro: Cui sit  
gloria, honor & imperium cum omnipotente Patre, & vita auctore, ac sanctissi-  
mo Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

## MARTYRIVM SS. VALENTINI, CONCORDII,

NOVALIS, ET AGRICOLAE, VT HABETVR SE-

cundo libro historiarum Rauenatum Hieronymi Ru-  
bei viri doctissimi.

**I**Na calamitate, quam Diocletianus Christianis infulit <sup>15. Decemb.</sup> Rauennæ, Valentinus cum Nouali & Agricola, septimo decimo Calendas Ianuarij, ob Christum acerbissimam necem subierunt. De Valentino, in vita diu Dalmatij, <sup>vita quare supra quintam Decemb.</sup> Episcopi & martyris Ticinensis, in hanc sententiam legimus. Ad Dalmatium (cum is esset in urbe Alba, patre senatore, & occulte primùm Christianus, mox omnibus statim reliquis, palam Christum Deum prædicare, & miracula edere coepisset) Valentinus magister militum, cum ad eius aures fama peruenisset, Rauenna profectus, venit eum rogans, ut filio graui morbo laboranti, ziam desperato, supperias ferret. Deum precatus Dalmatius, Valentino renunciavit, Concordium filium suum, qui erat Rauennæ, conualuisse: virumq; sanctissimum, <sup>S. Valentini</sup> item Rauennatem, nomine Antoniū, eadem die obiisse. Quæ omnia, cum Valentinus Rauennam regrescus, vera compserisset, denuò ad Dalmatiū rediens, vna cum Concordio filio, sacra baptismatis vnda ablutus est. Coepit ab eo die Valentinus, Rauennæ Christum profiteri, multisque ad veram eius religionem adductis, tandem pariter cum filio Concordio, & Nouali, Agricolaque socijs, ob Christum (vti memorauimus) necatus est.

## VITA BREVIS S. GATIANI PRIMI EPISCOPI

TVRONENSIS, PER SANCTVM GREGORIVM

eque Episcopum Turonensem conscripta. Habetur cap. 30. decimi

libri historiarum Gallicarum.

E Episcopis Turonicis, licet in superioribus libris quædam scripsisse visus sum, tamen propter ordinationem eorum, & suppurationem, quo tempore primum prædicator ad Turonicam accessit urbem reciproca repleuit. Primus Gatianus Episcopus anno Imperij Decij primo, à Romana Sedis Papa transmissus est: in qua urbe <sup>S. Gatianus</sup> multitudo paganorum idolatrijs dedita commoratur: de quibus nonnullos prædicatione sua conuerterunt, & fecerunt ad Dominum. Sed interdum oculabat se, ob impugnationem potentum, cō quod sepius eum iniurijs & contumelij cū reperirent, affecissent: ac per crypta & latibula, cum paucis Christianis, vt diximus, per eundem conuersis, mysterium solennitatis diei Dominicæ clanculò celebrabat. Erat autem valde religiosus, & timens Deum, ut nisi fuisset talis, non utique dōmo;

LS